

Band VI., Nr. 1896, Seite 288-289

Graf Ludwig von Spitzenberg schenkt mit Einwilligung seines Sohnes Eberhard um ihres und ihrer Vorfahren Seelenheils willen das Patronatrecht der Kirche in Süßen an das Kloster Adelberg.

Kuchen, 1267. Januar 4.

In nomine domini. Amen. Lvdewicus comes de Spizenberg universis presentes litteras inspecturis salutem cum noticia subscriptorum. Noverint universi, quod accedente consensu et spontanea voluntate filii nostri Eberhardi pro remedio animarum nostrarum et progenitorum nostrorum pure et simpliciter propter deum donavimus viris religiosis . . . preposito et conventui in Madelberg, ordinis Premonstratensis, eorumque monasterio ius patronatus ecclesie in Siezzen, quod ad nos et progenitores nostros spectabat et pertinuit ex antiquo, in ipsos eorumque monasterium predictum ius patronatus cum omnibus suis pertinentiis pleno iure et libere presentibus transferendo et cum omni iure quo ad nos pertinuit seu eciam pertinere videbatur ita quod ipsi ipsorumque monasterium prenotatum perpetuo ius obtineant antedictum. Testes, qui huic donationi et premissis interfuerant, hii sunt: V̄lricus comes de Helfenstain et frater eius summus prepositus Augustensis et alii milites honesti, videlicet R̄vkerus et Hugo de Grivbingen, dapifer domini comitis predicti, Fridricus dictus Birker, Fridricus de Beringen et Gossoldus milites et alii quamplures fide digni. Ut autem premissa donacio et omnia ac singula supradicta indubitata permaneant atque robur obtineant perpetue firmitatis, prefatis . . . preposito et conventui de Madelberc eorumque monasterio dedimus presentes litteras sigillo nostro ac sigillo patrum nostri comitis V̄lrici de Helfenstain munimine roboratas.

 Acta sunt autem hec per nos et natum nostrum predictum in villa K̄vchen, anno domini M^o. CC^o. LX^o. VII^o., proxima feria tertia post Circumcisionem domini.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An blauen Leinenfäden zwei runde spitzenberg-helfensteinische Siegel, (IV. A. 2.): In einem Schild ein auf vier Bergen stehender Elefant, das erste, besser erhaltene Siegel 47 mm, Umschrift: + *Sigillum* . COMITIS . LVDWICI . DE . HELFENSTEIN; von der Umschrift des zweiten Siegel mit damasziertem Feld ist nur noch . . . INSTA . . . erhalten.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 469 I U 31

Regesten:

Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 31.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Kuchen

Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)
 Adelberg - Kloster, Adelberg, GP
 Gruibingen Wohnplatz (745)
 Gruibingen, GP
 Helfenstein Wüstung (21656)
 Helfenstein, Geislingen an der Steige, GP, W
 Kuchen Wohnplatz (758)
 Kuchen, GP
 Spitzenberg (Burg) Wüstung (21678)
 Spitzenberg (Burg), Kuchen, GP, W
 Süßen Wohnplatz (823)
 Süßen, GP
 Unterböhringen Wohnplatz (584)
 Unterböhringen, Bad Überkingen, GP